11/VII 1659

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Petkowski Consorti Reformat

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Franciscus de Petkowice Petkowski olim Generosi
Nicolai Petkowski de eadem Petkowice de Palatinatu et Districtu
Sendomiriensi cum Generosa Anna Gruszecka procreatus filius sanus
mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictio-
nibusque alijs quibusuis proprijs et competentibus recedens Praesenti
vero Castrensi Capitaneali Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet
se cum successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognouit. Quia ipse Generosae Catherinae de
Boby olim Generosi Mathiae Bobowski cum Generosa Anna de
Cianowice primarum eiusdem olim Generosi Mathiae Bobowski
secundarum vero nuptiarum Generosi Sebastiani Zakrzewski
Consortis legitime procreatae filiae ac ipsius posteris summam
Quingentorum florenorum pecuniae polonicae in vim dotis et expe-
ditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec
non aliam similem summam Quingentorum florenorum polonicalium
ratione veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota
et integra medietate bonorum suorum quorumlibet omnium here-
ditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summa-
[illegible] pecuniae Nec non auri argenti clenodiorum
[illegible] Margaritarum [illegible] vestium vestimentorum
equorum

equorum equarum pecorum pecudum Item Stanni Aeris cupri orichalci ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae in quacunque forma et materia existen(tium) dedit dotavit dotalitavit inscripsit et reformavit prout dat dotat dotalitat inscribit et reformat praesen(tibus). Quam quidem medietatem bonorum suprascriptorum ac rerum mobilium eadem sposa consors sui Reghs cum omni eo mobilium Jure Dominio et proprietate omnibusque et singulis proventibus utilitatibus fructibus commodis emolumentis attinentiisque ex pertinen(tiis) quibuslibet universis tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice utifruetur Jure ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum Itaque sua praesen(ti) personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

G. Vicecapitaneus Loci praesen(tis) Lupinskiey Cedit

Coram Gen(eroso) Stanislao Pruszynski Subdelegato in locum fratris sui Gen(erosi) Matthiae Stanislai de Vrihow Ostrzycki Subiudicis Terrae Sanocen(sis) Vicecapitanei Loci praesen(tis) munus hoc Subdelegationis in se bonaque sua quaelibet omnia ultro et benevole assumente Officioque et Actis praesen(tibus) comparens personaliter Generosus Matthias Stanislaus Ostrzycki Subiudex Terrae Sanocen(sis) Vicecapitaneus Loci praesen(tis) sanus mente et corpore exiens a Terris Districtibus Finibus Jurisdictionibus Judiciis quibusvis propriis et competen(tibus) recedens praesertim Jurisdictioni Castren(si) Capitaneali Przemyslien(si) Jurisdictioni quo ad actum praesen(tem) attinet seque suumque successoribus ac bonis suis quaelibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo